

I. Versio Latina

(Omnes sodales Kal. Mart. 2002 statuta Latina acceperunt mutationibus notatis)

Statuta Consociationis (sicuti a sodalium conventu die 10. 02. 01 Verinae mutata sunt)

§ 1 De nomine et sede

- (1) Consociationi nomen est
L.V.P.A. Latinitati Vivae Provehendae Associatio e.V.
- (2) Sedes consociationis est Verinae (Werne an der Lippe, iudicium officiale).

§ 2 De finibus prosequendis

Consociationi fines prosequendi sint

in universum

- promovere et colere Latinitatem vivam viva voce ac scripto,

in specie

- refovere linguam Latinam tamquam instrumentum antiquitus acceptum communicandi inter indigenas et alienigenas in orbe civilisationis et culturae Europaeae,
- augere et disseminare linguae Latinae usum vividum per scholas studiorumque universitates vel academias scriptis publicandis, institutionibus complementariis apparandis, acroasibus atque conciliis habendis, seminariis peragendis ac similibus,
- firmare linguam Latinam in conscientia multitudinis ludis sollemnibusque favendis atque apparandis,
- augere notitias, coniunctiones, amicitias internationales, quae singulos homines non minus quam eorumque diversas nationes intercedunt, participando apparationibus internationalibus.

§ 3 De consociationis utilitate publica

- (1) Consociatio nihil aut quaestus aut commodi sui causa gerat, sed proprie ipsam utilitatem publicam sequatur tramite praescriptorum tituli, qui est „De finibus remissionem tributorum concedentibus“ („Steuerbegünstigte Zwecke“) Codicis Tributorum (Abgabenordnung).
- (2) Pecunia consociationis tantum ad fines statutorum prosequendos usui esse permittitur.
- (3) Sodalibus nihil e pecunia consociationis assignetur.
- (4) Ne cuiusquam partibus erogationes consociationis, quae a finibus statutorum abhorreant, vel remunerationes, quae modum excedant, faveant.

§ 4 De receptione in consociationem

- (1) In consociationem admitti potest quaelibet persona sive physica sive iuridica, quae volens habeatur promovere et colere Latinitatem vivam.
- (2) Ut statum sodalis capiat, aspirans debet ascribi.
- (3) Nomen scripto detur.
- (4) De ascriptione in consociationem regimen consociationis iudicet.
- (5) Ascriptio, ut valeat, ei, qui nomen dederit, scripto communicanda est.
- (6) Datione nominis a regimine consociationis reiecta recursus non datur.
- (7) Ius statum sodalis assumendi nemini competit.
- (8) Si quis de finibus consociationis mirifice meritus sit, nomine sodalis honorarii potest donari decreto sodalium conventus.

§ 5 De amissione status sodalis

Status sodalis amittitur

- morte sodalis,
- egressu sodalis a consocietate (§6),
- exclusione sodalis a consociatione (§7),
- deletionem nominis de albo (§8)

§ 6 De egressu a consociatione

- (1) Sodalibus ius est a consociatione egrediendi.
- (2) Egressus fit renuntiatione, quae non valet, nisi trimestri saltem continuo ante annum civilem exeuntem facta est.
- (3) Renuntiatio regimini consociationis scripto exhibenda est. Ut trimestre servetur, sufficiat, antequam tempus currere incipiat, epistulam renuntiatoriam cuilibet membro regiminis notam fieri.

§ 7 De exclusione a consociatione

- (1) Praeterea statim ab exclusione status sodalis amittitur.
- (2) Exclusio non permittitur nisi gravi de causa.
- (3) De exclusione rogatu regiminis consociationis sodalium conventus iudicat.
- (4) Regimen tenetur rogationem duobus saltem septimanis ante conventum celebrandum sodali excludendi scripto communicare.
- (5) Sodalibus apologeticum, si sit delatum, in conventu iudicaturum congregato recitandum est.
- (6) Exclusio statim a sententia facta valida est.
- (7) De exclusione sodalem, qui conventui congregato non intersit, nulla mora interposita regimen per epistulam consignatam certiore faciat.

§ 8 De deletionem nominis de albo

- (1) Praeterea statim a nomine de albo deletus status sodalis amittitur.
- (2) Si quis sodalis plura duobus contributis annuis continuis solvenda in mora fuerit neque a regimine scriptis interpellatus intra trimestre utile ab epistula interpellatoria missa solidum solverit, nomen eius expungi potest. Interpellatio fiat epistula consignata ad inscriptionem cursualem missa consociationi postremam notam.
- (3) Epistula interpellatoria sodalis moneatur, ut caveat, ne nomen expungatur.
- (4) Interpellatio etiam valida sit, si epistula, quae sodali perferri non potuerit, remittatur.
- (5) Nomen de albo deleatur decreto regiminis, quod sodali, ad quem spectat, non communicatur.

§ 9 De contributis sodalium

- (1) Sodales contributionem praestare debent.
- (2) Summam contributionis, quam unus quisque quotannis praestet, sodalium conventus statuat.
- (3) Singula contributa annua in antecessum intra mensem Ianuarium et pro anno, quo nomen datum est, intra mensem ab ascriptione facta solvenda sunt.
- (4) Stips ascriptionis causa ne exigatur.

§ 10 De organis consociationis

Organa consocietatis sunt

- a) regimen (de quo §§ 11 et 12 statutorum),
- b) sodalium conventus (de quo a § 13 usque ad § 17 statutorum).

§ 11 De consociationis regimine

- (1) Regimen (seu collegium moderatorum), cuius est personam consociationis sive in iudicio sive extra iudicium gerere, constituunt
 - praeses,
 - propraeses,
 - scriba,
 - arcarius.Quorum praeses et propraeses singuli, scriba autem et arcarius cuncti potestatem repraesentandi obtinent.
- (2) Regiminis munera sine salario gerantur.
- (3) Regimen sibi ordinem det officia gerendi.
- (4) Regimen, cuius membra e sodalibus eligenda sunt, decreto sodalium conventus in biennium creatur officio gerendo. Munus non cessat, donec novum regimen decreto sodalium conventus creetur, exceptis causis gravibus, in quo casu moderatoris renuntiatio a munere ceteris moderatoribus exhibita requiritur, ut munus exspiret.
- (5) Munera moderatorum inter se distincta non eidem personae conferantur.
- (6) Statim ab eius discessu a consociatione munus moderatoris exspirat.

§ 12 De coartata regiminis potestate agendi

Regiminis potestas repraesentandi, quod effectum iuridicum ad extraneos spectat (de quo § 26 sect. 2 enunt. 2 BGB), ita coartatur, ut praedia acquirendi, abalienandi, pignerandi atque etiam de iis aliquolibet modo statuendi, praetereaue contrahendi credita, quae summam 1.000,00 EUR excedunt, non sint capaces nisi sodalium conventu consentiente.

§ 13 De convocatione in conventum celebrandum

- (1) Sodalium conventus celebrandus convocetur,
 - saltem semel in anno,
 - quotiescumque consociationis utilitas suadeat,
 - si quis e regimine consociationem derelinquat, intra trimestre post discessum.
- (2) Regimen tenetur etiam anno, quo moderatores non eliguntur, sodalium conventui, qui in congregationem annuam convocatus est, relationem annuam de negotiis tractatis exhibere et rationem annuam de redditibus et expensis reddere, conventus autem congregatus censeat, utrum regimen exonerari possit an non.

§ 14 De sollemnibus convocationis

- (1) Sodales duabus saltem septimanis ante conventum celebrandum a regimine convocentur.
- (2) Epistula convocatoria argumenta quaestionum, quae conventui celebrando decernendae sint, perferantur.
- (3) Tempus utile a die computetur, quo epistula convocatoria ad sodalium inscriptionem postremam notam expedita est.

§ 15 Quorum numero suffragia ferri

- (1) Sodalium conventus congregatus et rite convocatus decernere potest.
- (2) Ut de exstinctione consociationis (de qua § 41 BGB) decerni possit, duae tertiae sodalium necesse est adsint.
- (3) Si conventus convocatus, quo de exstinctione consociationis decernatur, dicto numero praesentium careat, quorum sit decernere, quattuor septimanis elapsis denuo sodalium conventus celebrandus convocetur eisdem argumentis quaestionum pertractandarum indicatis.
- (4) Novus conventus non ante bimestre exactum a die proximae congregationis, sed utique intra quadrimestre ab illo die celebretur.
- (5) Conventus denuo convocatus neglecto eorum, qui adsunt, numero res decernere poterit.
- (6) Epistula, qua denuo convocetur, indicentur laxatae condiciones decernendi.

§ 16 De sentiis ferendis

- (1) Porrectis digitis sententiae ferantur. Sed rogatu quinque saltem sodalium, qui adsunt, scripto ac secreto sententia feratur.
- (2) Per maiorem partem sodalium, qui adsunt, sententiae ferantur.
- (3) Ut statutis obrogetur vel derogetur aliquid finibus prosequendis exceptis, tres quartae sodalium, qui adsunt, suffragium ferant necesse est.
- (4) Ut fines prosequendi immutentur, omnes sodales consentiant necesse est. Consensus absentium scripto detur necesse est.
- (5) Ut consociatio exstinguatur (de quo § 41 BGB), quattuor quintae sodalium, qui adsunt, suffragium ferant necesse est.

§ 17 De perscriptione decretorum

- (1) Decreta, quae conventus congregatus confecerit, scripto redigantur.
- (2) Perscriptio ab eo, qui conventui congregato praefuit, subscribenda est. Si plures sint, qui praefuerunt, is, qui celebratione exeunte praefuit, totam perscriptionem subscribat.
- (3) Cuilibet sodali est ius perscriptionem inspiciendi.

§ 18 De exstinctione consociationis

- (1) Consociatio exstingui potest decreto sodalium conventus salvo praeecepto § 16 sect. 5 statutorum.
- (2) Distractionem bonorum, quam vulgo liquidationem vocant, regimen curet salvo praescripto § 12 sect. 1 statutorum.
- (3) Consociatione exstincta aut finibus abrogatis bona pari portione divisa transferantur
 - ad SEPTIMANAS LATINAS EUROPAEAS e. V., cui sedes est Francofurti ad Moenum, et
 - ad SOCIETATEM LUDIS LATINIS FACIUNDIS e.V., cui sedes est Monachi, quae quamprimum et in solidum ad bonum commune impendere debent servatis finibus persequendis his statutis.

§ 19 De vi iuridica textus versionum statutorum

Quamquam sodales quam saepissime lingua Latina uti teneantur, tamen ratione iuris commercii solus textus Germanicus statutorum, quae Latine ac Germanice concepta sunt, vigeat.

II. Deutsche Fassung

SATZUNG DES VEREINS

§ 1 Name und Sitz

- (1) Der Verein führt den Namen
L.V.P.A. Latinitati Vivae Provehendae Associatio e. V.
- (2) Der Verein hat seinen Sitz in Werne an der Lippe.

§ 2 Zweck des Vereins

Zweck des Vereins ist allgemein

- die Förderung und Pflege lebendigen Lateins in Wort und Schrift, in Sonderheit
- die Belebung der lateinischen Sprache als ein überkommenes Verständigungsmittel europäischer Bildung und Kultur in In- und Ausland,
- die Mehrung und Verbreitung des lebendigen Gebrauchs der lateinischen Sprache in Schule und Universität durch Veröffentlichungen jeglicher Art, Fortbildungsveranstaltungen, Vorträge, Tagungen, Seminare und dergleichen,
- die Stärkung der lebendigen lateinischen Sprache im öffentlichen Bewußtsein durch die Unterstützung und Ausrichtung von Spielen und Festen,
- die Mehrung internationaler Kontakte, Verbindungen und Freundschaften zwischen einzelnen und ihren Völkern durch Teilnahme an internationalen Veranstaltungen.

§ 3 Gemeinnützigkeit des Vereins

- (1) Der Verein ist selbstlos ohne eigenwirtschaftliche Zwecke tätig, sondern verfolgt ausschließlich und unmittelbar gemeinnützige Zwecke im Sinne des Abschnitts „Steuerbegünstigte Zwecke“ der Abgabenordnung.
- (2) Mittel des Vereins dürfen nur für satzungsgemäße Zwecke verwendet werden.
- (3) Vereinsmitglieder erhalten keine Zuwendungen aus Mitteln des Vereins.
- (4) Niemand darf durch Ausgaben, die dem Zweck des Vereins fremd sind, oder durch unverhältnismäßig hohe Vergütungen begünstigt werden.

§ 4 Erwerb der Mitgliedschaft

- (1) Mitglied des Vereins kann jede natürliche oder juristische Person werden, die Willens erscheint, die Zwecke des Vereins zu fördern.
- (2) Ein Bewerber erwirbt die Mitgliedschaft durch Aufnahme in das Mitgliederverzeichnis.
- (3) Die Beitrittserklärung erfolgt schriftlich.
- (4) Über die Aufnahme in den Verein entscheidet der Vorstand des Vereins.
- (5) Die Aufnahme wird mit Aushändigung einer schriftlichen Aufnahmeerklärung wirksam.
- (6) Die Ablehnung der Aufnahme durch den Vorstand ist nicht anfechtbar.
- (7) Ein Anspruch auf Aufnahme besteht nicht.
- (8) Wer sich um die Zwecke des Vereins besondere Verdienste erworben hat, kann durch Beschluß der Mitgliederversammlung Ehrenmitglied werden.

§ 5 Verlust der Mitgliedschaft

Die Mitgliedschaft endet

- durch Tod des Mitglieds,
- durch Austritt aus dem Verein,
- durch Ausschluß aus dem Verein,
- durch Streichung aus der Mitgliederliste (§§ 6 bis 8 der Satzung).

§ 6 Austritt aus dem Verein

- (1) Die Mitglieder sind zum Austritt aus dem Verein berechtigt.
- (2) Der Austritt ist unter Einhaltung einer Kündigungsfrist von drei Monaten nur zum Schluß eines Kalenderjahres zulässig.
- (3) Der Austritt ist dem Vorstand schriftlich zu erklären. Zur Einhaltung der Kündigungsfrist genügt der rechtzeitige Zugang der Austrittserklärung an ein Mitglied des Vorstands.

§ 7 Ausschluß aus dem Verein

- (1) Die Mitgliedschaft endet außerdem durch Ausschluß aus dem Verein.
- (2) Der Ausschluß ist nur aus wichtigem Grund zulässig.
- (3) Über den Ausschluß entscheidet auf Antrag des Vorstands die Mitgliederversammlung.
- (4) Der Vorstand hat seinen Antrag dem auszuschließenden Mitglied mindestens zwei Wochen, bevor die Versammlung zusammentritt, mitzuteilen.
- (5) Eine schriftlich eingehende Stellungnahme des Mitglieds ist in der über den Ausschluß entscheidenden Versammlung zu verlesen.
- (6) Der Ausschluß wird sofort mit der Beschlußfassung wirksam.
- (7) Der Ausschluß soll dem Mitglied, wenn es bei der Beschlußfassung nicht anwesend war, durch den Vorstand unverzüglich eingeschrieben bekanntgemacht werden.

§ 8 Streichung aus dem Mitgliederverzeichnis

- (1) Ein Mitglied scheidet außerdem durch Streichung der Mitgliedschaft aus.
- (2) Die Streichung der Mitgliedschaft kann erfolgen, wenn das Mitglied mit mehr als drei laufenden Jahresbeiträgen im Rückstand ist und sie auch nach schriftlicher Mahnung durch den Vorstand nicht innerhalb von drei Monaten nach Absendung der Mahnung voll entrichtet hat. Die Mahnung muß mit eingeschriebenem Brief an die letzte dem Verein bekannte Anschrift des Mitglieds gesandt werden.
- (3) In dem Mahnschreiben muß das Mitglied auf die bevorstehende Streichung der Mitgliedschaft hingewiesen werden.
- (4) Die Mahnung ist auch wirksam, wenn das Schreiben als unzustellbar zurückkommt.
- (5) Die Streichung der Mitgliedschaft erfolgt durch Beschluß des Vorstands, der dem betroffenen Mitglied nicht bekanntgemacht wird.

§ 9 Mitgliedsbeitrag

- (1) Die Mitglieder leisten einen Mitgliedsbeitrag.
- (2) Die Höhe des Beitrags, den jedes Mitglied jährlich zu leisten hat, setzt die Mitgliederversammlung fest.
- (3) Die Jahresbeiträge sind im voraus innerhalb des Monats Januar und für das Jahr des Eintritts innerhalb eines Monats nach der Aufnahme zu zahlen.
- (4) Eine Aufnahmegebühr wird nicht erhoben.

§ 10 Organe des Vereins

Organe des Vereins sind

- a) der Vorstand (§§ 11 und 12 der Satzung),
- b) die Mitgliederversammlung (§§ 13 bis 17 der Satzung).

§ 11 Vorstand

- (1) Der Vorstand, der den Verein gerichtlich und außergerichtlich vertritt (§ 26 BGB) besteht aus
 - dem Ersten Vorsitzenden,
 - dem Zweiten Vorsitzenden,
 - dem Schriftführer,
 - dem Kassierer,Erster Vorsitzender und Zweiter Vorsitzender vertreten jeder allein, Schriftführer und Kassierer vertreten gemeinsam.
- (2) Der Vorstand führt die Geschäfte ehrenamtlich.
- (3) Der Vorstand gibt sich eine Geschäftsordnung.
- (4) Der Vorstand, dessen Mitglieder aus den Vereinsmitgliedern zu wählen sind, wird durch Beschluß der Mitgliederversammlung zu seinem Amt auf zwei Jahre bestellt. Er bleibt bis zur satzungsmäßigen Bestellung des neuen Vorstands im Amt, ausgenommen aus schwerwiegenden Gründen, wobei zur Beendigung des Amtes des Vorstandsmitglieds eine schriftliche Rücktrittserklärung an die übrigen Vorstandsmitglieder erforderlich ist.
- (5) Verschiedene Vorstandsämter können nicht in einer Person vereinigt werden.
- (6) Das Amt eines Mitglieds des Vorstandes endet mit seinem Ausscheiden aus dem Verein.

§ 12 Beschränkung der Vertretungsmacht des Vorstands

Die Vertretungsmacht des Vorstands ist mit Wirkung gegen Dritte in der Weise beschränkt (§ 26 Abs. 2 Satz 2 BGB), daß zum Erwerb oder Verkauf, zur Belastung und zu allen sonstigen Verfügungen über Grundstücke und grundstücksgleiche Rechte sowie zur Aufnahme eines Kredits von mehr als 1.000,00 EURO die Zustimmung der Mitgliederversammlung erforderlich ist.

§ 13 Berufung der Mitgliederversammlung

- (1) Die Mitgliederversammlung ist zu berufen,
 - mindestens einmal im Jahr,
 - sooft es das Interesse des Vereins verlangt,
 - wenn ein Vorstandsmitglied aus dem Verein ausscheidet, binnen dreier Monate nach dem Ausscheiden.
- (2) Der Vorstand hat auch in dem Jahr, in dem keine Vorstandswahl stattfindet, der zur jährlichen Zusammenkunft einberufenen Mitgliederversammlung einen Jahresbericht und eine Jahresabrechnung vorzulegen; die Versammlung hat über die Entlastung des Vorstands zu beschließen.

§ 14 Form der Berufung

- (1) Die Mitgliederversammlung ist vom Vorstand schriftlich unter Einhaltung einer Frist von mindestens zwei Wochen zu berufen.
- (2) Das Berufungsschreiben muß den Gegenstand der Beschlußfassung (= die Tagesordnung) bezeichnen.
- (3) Die Frist beginnt mit dem Tag der Absendung des Berufungsschreibens an die letzte bekannte Anschrift der Mitglieder.

§ 15 Beschlußfähigkeit

- (1) Beschlußfähig ist jede ordnungsgemäß berufene Mitgliederversammlung.
- (2) Zur Beschlußfassung über die Auflösung des Vereins (§ 41 BGB) ist die Anwesenheit von zwei Dritteln der Vereinsmitglieder erforderlich.
- (3) Ist eine zur Beschlußfassung über die Auflösung des Vereins einberufene Mitgliederversammlung nicht beschlußfähig, so ist vor Ablauf von vier Wochen seit dem Versammlungstag eine weitere Mitgliederversammlung mit derselben Tagesordnung einzuberufen.
- (4) Die weitere Versammlung darf frühestens zwei Monate nach dem ersten Versammlungstag stattfinden, hat aber jedenfalls spätestens vier Monate danach zu erfolgen.
- (5) Die neue Versammlung ist ohne Rücksicht auf die Zahl der erschienenen Vereinsmitglieder beschlußfähig.
- (6) Die Einladung zu der weiteren Versammlung hat einen Hinweis auf die erleichterte Beschlußfähigkeit zu enthalten.

§ 16 Beschlußfassung

- (1) Es wird durch Handzeichen abgestimmt. Auf Antrag von mindestens fünf der Anwesenden ist schriftlich und geheim abzustimmen.
- (2) Bei der Beschlußfassung entscheidet die Mehrheit der erschienenen Mitglieder.
- (3) Zu einem Beschluß, der eine Änderung der Satzung (den Vereinszweck ausgenommen) enthält, ist eine Mehrheit von drei Vierteln der erschienenen Mitglieder erforderlich.
- (4) Zur Änderung des Zwecks des Vereins (§ 2 der Satzung) ist die Zustimmung aller Mitglieder erforderlich; die Zustimmung der nicht erschienenen Mitglieder muß schriftlich erfolgen.
- (5) Zur Beschlußfassung über die Auflösung des Vereins (§ 41 BGB) ist eine Mehrheit von vier Fünfteln der erschienenen Mitglieder erforderlich.

§ 17 Beurkundung der Versammlungsbeschlüsse

- (1) Beschlüsse, die in der Versammlung gefaßt wurden, sind in eine Niederschrift aufzunehmen.
- (2) Die Niederschrift ist vom Vorsitzenden der Versammlung zu unterschreiben. Wenn mehrere Vorsitzende tätig waren, unterzeichnet der letzte Versammlungsleiter die ganze Niederschrift.
- (3) Jedes Vereinsmitglied ist berechtigt, die Niederschrift einzusehen.

§ 18 Auflösung des Vereins

- (1) Der Verein kann durch Beschluß der Mitgliederversammlung (§ 16 Abs. 5 der Satzung) aufgelöst werden.
- (2) Die Liquidation erfolgt durch den Vorstand (§ 11 Abs. 1 der Satzung).
- (3) Bei Auflösung des Vereins oder bei Wegfall seines bisherigen Zwecks fällt das Vermögen des Vereins zu gleichen Teilen an
 - die EUROPÄISCHE LATEINWOCHEN E. V., mit dem Sitz in Frankfurt am Main,
 - die SOCIETAS LVDIS LATINIS FACIVNDIS e.V., mit dem Sitz in München,die das Vermögen unmittelbar und ausschließlich für gemeinnützige Zwecke im Sinne der Satzung zu verwenden haben.

§ 19 Geltung der Textfassungen der Satzung

Obwohl die Vereinsmitglieder möglichst oft die lateinische Sprache gebrauchen sollen, gilt im Rechtsverkehr ausschließlich die deutsche Textfassung der in lateinischer und deutscher Sprache verfaßten Satzung.